

O B R A .



Que conté hũa Oraçãodo Dou-  
tor ~~Luys~~ Teixeira, seyta quãdo fi-  
zerã o côdedõ Pedro de menses,  
Marques de vila Real. E o tressa-  
do della em Portugues, por o  
mestre Miguel Soares: dirigida  
ao illustissimo Principe, & exce-  
lente senhor dõ Miguel de menses.  
IIII. Marçs de vila Real.



ORATIO HABITA AB INSIGNI VIRO IOANNE TEYXEIRA SERENISSIMI IOANNIS SECUNDI LUSITANIAE REGIS, & ALGARBIORUM CISMARINORUM, PARITER & QUAE SUNT IN AFRICA TRANSMARINORUM AETHIOPIAEQUE DOMINI, CANCELLARIO MAXIMO, CONSILIARIOQUE, CUM MARCHIONATUS DIGNITAS A SUA CELSITUDINE COLLATA ATTRIBUTAQUE FUIT: ILLUSTRIS & MAGNIFICO DOMINO PETRO MENEZESIO, VILLE REGALIS MARCHIONI, COMITIQUE VRANIAE & CAETERA. MENSE MARTIO, ANNO A SALUTE CHRISTIANA.

1489.

BEGIAE.



ARCITVLLII LATIONIS, VELOQUENTIAE, VEL DOCTRINAE PRINCIPIS, CELEBRIS IN LIBRO DE FINIBUS BONORUM & MALORUM, SENTENTIA EST: AMPLISSIME, & CHRISTIANISSIME PRINCEPS, GENTIUM VICTOR & INVICTE REX NOSTER, RIDICULUM ESSE CORAM SUMMIS PRINCIPIBUS AFFERRE ORATIONEM IN MEDIUM, AN PARTUS ANCILLAE HABENDUS IN FRUCTU SIT. CUM DE VIRTUTIBUS POTIUS, DE LAUDIBUS GLORIAQUE CLARISSIMORUM VIRONUM HABENDA APUD ILLOS ORATIO VIDEATUR. QUOCIRCA MINIME EQUIDEM AB EO TAM INSIGNI MUNERE PEDERE RETULERIM, IN QUO ETIAM ANGELI COELIQUE OMNES, IN QUO FACILICES ANIMAE LIBENTISSIME VERSANTUR. Itaque Da-

uid etiã in psalmo: Beati sunt, inquit, domine, qui habitant in domo tua: quia in secula seculorum te laudat. Cuius interpretis loci semper hoc ait, agi in domo Dei, hoc esse sanctorum negotium, ut Deum præconijs efferrant. Ex quo theologorum quoque congruens opinio est, tale denique in patria fore, quale sit in via linguæ ipsius officium. Et quoniam sermo datus homini laudandi gratia fuerit, ob id Augustinus inquit: Qui bonum minimè laudet, pro muto quasi haberi. Tunc Plato etiã in repu. bene instituta, principes viros laudibus, & Alédos esse & retinédos asseueravit. Quemadmodum & Salomon in prouerbijs: Vir fidelis, inquit, valde laudatur. Cæterum quod vernaculi carminis Poeta dicit, quãquã maiore quisquã gloria, famaque sit, quã ut extèdi latius aut euagari possit: tamẽ eum quoque iure laudum suarum prædicatione gaudere. Quis enim Ioue ipso sempiterno celebrior? Sed ipse tamen, canente suas dulcissime laudes Appolline, grata illa comemoratiõe permouetur. Quamobrem virtutis huius, cuius habenda oratio nobis, hoc est beneficentiæ qua par gratia benemerentibus refertur: laudes nonnullas breuibus accipite. Nec eius tamen, quæ regionibus alijs in homines parum merentes collata, diuina damnatur lege: qua dare sanctum canibus prohibemur: ex quo septem probantur illæ prudentes virgines, partem olei sui præbere insipientibus recusantes. Quod genus liberalitatis etiam sanctissimi

decreti distinctione illa tota lxxxij. Sine dubio dāna-  
tur Negat autem Cicero liberalem dicitum, qui mini-  
me sit iustus. Tum idem illud Ennianū citat, benefacta  
male locata, malefacta esse arbitror. Itaq; laudare illud  
equidem soleo quod & Seneca, & indidterijs. Plutar-  
chus, callide potius auaritiæ ascribunt. Cum enim à  
Rege Antigono citra merita Cynicus talentum pete-  
rum, maius esse Rex ille respondit: quàm quantum pe-  
tere Cynicus deberet. Rursum verò denarium petenti,  
minus respondit esse, quam quantum dare alicui Regē  
conueniret. Tanta est virtus, tantumq; præconium  
bonos promerendi, vt elegāter Poeta Martialis in epi-  
grammate dixerit. Quas dederis solas semper habebis  
opes. Quasi verius illa cuiusq; putentur esse, quæ bene  
merenti dantur, quàm quæ sibi quisque reliqua fecerit.  
Igitur in libro quoque Regum quæ mulier Heliseum  
suscepit hospitio, non modo farinam sibi & oleum de-  
fecisse non sentit, sed contra illorum etiam incremē-  
to lætatur, & in Bonifatij dialogo legimus, ipsum pue-  
rum ad huc, maternam euacuasse horreum frugibus  
in sua ministeria dispensatis: quod exinde tamen ple-  
num continuo reppererit. Quin Isidorus quoq; res ait  
omnes mundi huius, seruando perdimus, dando reti-  
nemus. Nec vllam principis maiorem felicitatem di-  
xere sapientes, quàm vt fa lices, quàm plurimos efficiat.  
Deniq; similis agricolæ Rex dicitur, perdēti qđ custo-  
dia t

diat frumentū, quod autē perdiderit renouanti. Quid  
quod idem in officijs. Cicero nullum magis esse ait ne-  
cessarium officium referrenda gratia & in senectute  
sub Lælij persona non hominem, sed esse ait belluam,  
qui tam honestum officium aspernetur: & maiore quā  
acceperis mēsurā reddere. Hesiodus præcipit imitariq;  
agros fertiles, qui quanquam ratione careant, quod  
tamē semen acceperunt: magno cum fænore reddunt:  
Sed enim quod ait idem Cicero Videor in re non du-  
bia testibus uti nō necessarijs: Enim vero quoniam loco  
aliō nec in tuo demum conspectu cogitauerā gloriose  
Rex de tuis æternis, & diuinis laudibus perorare: quod  
& fecissem nisi spei nostræ fortuna inuidisset: pauca nūc  
ē multis illis, quando vberius loquendi facultas ademp-  
ta est: in præsentiarum dicere aggrediar, calculatorū  
more, qui in gentem summam, & pene infinitū aureo-  
rum numerum, breui calculo colligunt: Dicant igitur  
princeps, quis te vnquam liberalior? cuius vnquam  
non modo largior manus: Sed etiam in dando volun-  
tas: remunerandoq; propensior? Nam principes etiam  
per multos veteres alij importunitate, alij temporis neces-  
sitate coacti, non nulli pene in iecta sibi manu largiebā-  
tur: Sed ex te Christianissime nihil in hac re non vo-  
luntarium: nihil nō gratis proficisci animaduertimus.  
Quæ res Deo pariter & hominibus probatur. Mincil-  
lius in Euāgelio pauperculę, duo ratum minuti denarij

in Gazophylaciū coniecti: pluris ei quam argentei,  
pluris etiam quam totius orbis aurum fuerunt: si præ-  
tium relatum animæ ipsius & æternæ memoriæ benefi-  
cium consideres. Ob hanc igitur sanctâ liberâq; volun-  
tate, Seneca in libro de beneficijs: é duobus ait pueris:  
Cleantis Philosophi: Qui quæsitum Platonē missi fue-  
rant: eum qui nō inuenerit laudibus. Illum castigatio-  
ne dignum esse, qui reppererit: Quis aut̄ ephemeridas  
& Kalendaria de scripta sic arcana quasi sub clauī tue-  
tur, quod nūquā eregia manu deponatur: quā tua Rex  
Celfitudo: ut etiā petente nullo, tamē benemerētes mu-  
neribus afficiat: seruans eorū nomine: largiēsq; eisdem:  
vrbes, oppida, Castella, Vectigalia, Insulas, Classes Præ-  
fecturas, maximosq; prouentus. Munera Imperatori-  
bus Romani exercitus & fortissimis ciuibus tantum  
agri fuisse legimus: quātum vno die exarassent. Et va-  
cationem Senatorij muneris, neq; enim lucri gratia do-  
minari, sed amplificadæ rei. p. causa senatusq; concupis-  
cebant. Ex quo etiam Valerius Hispaniā quæ illi for-  
te obuenerat, ideo scribit à Cornelio Scipione fuisse re-  
pudiatam, quod eam se ita posse gubernare despera-  
bat, ut inde suæ rei. p. emolumentum aliquod importa-  
retur. Vidi magistratē aliquando tuam prouentū ali-  
cuj sic attribuisse, ut cum sibi ille satisfactum amplissi-  
me arbitraretur: in ipso iam conscribendo, consignan-  
doq; diplomate tertia sibi additâ muneris eius partē in-  
ueniret

uenerit, auctumq; sibi supra etiam spē notumq; benefi-  
tium intellexerit. Ita magnus Alexander petenti cui-  
dam dono sibi ædes concedi, donare urbem maluit:  
nec quid eum accipere consilerauit: Sed quid regem  
dare muneris conueniret. Tantus denique regis no-  
stri erga virtutes omnes (quæ vel heroicæ, vel morales,  
vel item Cardinales dicuntur) amor est, tanta in armis,  
belloq; peritia, sic in eis semper floruit: vt à teneris etiã  
annis se se quasi hostiam Deo transmarino bello uni-  
cus æternæ memorię genitori filius deuouerit: imitatus  
antiquæ legis patriarcham. Quo factum est: vt excel-  
lenti quadam & illustri fœlicitate gloriosam victoriam  
reportauerit: per quam & religio Christiana insublime  
euecta, & proculcati perfidiosi sunt hostes. Quos ho-  
dieq; omni arte sollertiaq; persequi nō desistit: vt Mau-  
methica Heresis destruat: & Christi Euangelium  
tota pene Africa dissemetur memor sanctissimi decreti.  
Quo legi aus, ob hoc præcipue regna esse instituta vt ter-  
ra sc̃ta recupetur: & infideles crucis hostes dñicę impug-  
nētur. Qui Catholicã fidē persequūtur. Post caetero quã  
ad regiã iã ætatē p̃uenit, nemo illi bellicos sudores: & in-  
gētes cogitatus, p̃pugnādo huic muniēdo tuēdoq; reg-  
no oblitus est. Quid enī de plio dixerī: quo ap̃d urbē Tau-  
rū victoria potitus est: vbi fortitissimi etiã militis mune-  
re sic est perfunctus: Vt semper in atēsignanis dimicau-  
rit: malens ipse se periculo, quã suã exponere aciē, quã

videlicet inclinam solus restituit. Quod & Cæsare fecisse thessalica acie in Philippicis memorię proditur. Rē profecto magni discriminis vel regio ipsius corpori, vel huic quoq; regno, inq; his prælijs se magnopere cruciavit. Imitatus est igitur Rex noster vnū e Cæsaribus quem ferunt historię nunquā suis dicere militibus solitūte, sed venite potius: memor, Tullianę sententię illius Oportere hoc insitū esse cordibus militū nostrorū vbi ad rem ventū sit vincendum esse aut moriendum. Voluisti enim Rex excellentissime res omnes primus & nosse & experiri, primus periclitari, medico illi laudato similis, qui primus medicamenti degustare tetram amaritudinem minime veretur? Quemadmodum & diuus Augustinus de passionis calice meminit: quem primus inquit medicus interbibit ne scilicet ægrotus perhorresceret. Aegrotin empe ipsi eramus, & hæsitantes in tantis difficultatibus: & in illa temporum face: nisi nobis tuę Rex vires nisi tua dextera subuenisset: Tum enim minore prudentia sapientiāq; pacem nobis opera summi Dei conciliaisti. Quæ quod ait Iob, recōciliat corda principum terrę vt videlicet tranquille viueremus. Erat enim iam tempus, quo tantus ille ignis extingueretur: qui terram pariter vtranque tam hostilem quam nostram populabatur. Tam enim diuturnū fuit hoc bellum vt breuiori longe tempore sub Gottorum Rege vltimo omnis amissa sit Hispania. Sed extinctū



virtute illius quā celestime est: vt quid hæc meminisse?  
Quod & viri prudentes litteris mandauerunt: & rerū  
experientia comprobauit. Cū sit omne bellum impro-  
bandum, vt a quo mortes incendia, & omnis generis ca-  
lamitates oriuntur: Tum intestinum longe pessimum  
quoniam vt Lucanus inquit. Nulla fides pietasque viris  
qui castra sequuntur. Quod & nomen ipsum satis ostē-  
dit, quod a belluis bellum, id est a feris brutisq; & ratio-  
ne carentibus deriuatur. Vnde inquit Poeta: Nulla salus  
bello pacem te poscimus omnes: tum alibi. Nil sine pa-  
ce Deo gratum: nō sacra nec aræ: & Rex David in psal-  
mo, post euentus istius modi Deum sic rogat. Pereant  
gentes quæ bella volunt. Nam vt in libro regum legi-  
mus. Victoria in bello maxime ambigua est, & nunc  
hanc nunc illam partem gladio consumit. Gerimus  
bellū vt in pace viuamus: hic illius finis est: non vt in eo  
vita semper morsq; nostra versetur. Hanc igitur vt pa-  
cem rex noster roboraret posthabito naturali patris a-  
more non dubitauit. Deum ipsum imitatus. Qui venit  
redimere quæ perierant, & salutem dare populis: nō du-  
bitauit, inquam, filium dare obsidio. Sic certe Curtium  
memorat antiquitas vt pestilentiam Roma depelleret  
citato equo armatum se se in illum terræ portentosum  
hiatum coniecisse: Recte vero theologi decretumq; cō-  
firmat, tum deniq; verissimam principis esse iustitiam,  
cum iustitiam Dei repræsentat, atque ob id etiam Dij  
quando

quandoque nuncupantur. Vnicus erat hic filius, nec ut  
quales ceterorum, sed clarissima omnium stirpe: cla-  
rissimis moribus omnibus affluens, omnibus insigni-  
tus animi corporisque dotibus, præiosa scilicet Mar-  
garita omnium ut sic dixerim virtutum coagulatum,  
quem omnium desiderant oculi: per quem iurare apud  
maiestatem tuam possumus, sicuti de A scanio est apud  
Virgilium. Per spes surgentis principis perque pater-  
næ gloriæ heredem: quæ magna ex parte: sic in co-  
iam quasi in speculo lucet. Sustines Clarissime prin-  
ceps quod, M. Cicero in libris officiorum scribit ad  
filium, non paruum onus & expectationem imitan-  
dæ industriæ, gloriæ, munificentiaëque, & nominis in-  
delebilis Regis nostri patris tu, & Serenissimæ augustæ  
sacratissimæque Reginaë, quam tu matrem: nos domi-  
nam veneramur, quæ vel huic regno gloriæ, vel om-  
nibus exemplo est. Et enim debent filij (quod idem  
inquit) Studere in primis ut in eodem laudis genere  
excellent in quo parentes eorum & maiores cum  
gloria præstiterunt: Sicuti Quintus Mutius, P. Craf-  
si filius, in iure civili. Africanus Pauli filius, in re mili-  
tari: nonnulli etiam gloriæ quam a parentibus acce-  
perunt, etiam peculiarem deinde sibi aliam addide-  
runt: sicut hic idem Pauli filius Africanus ad belli-  
cam patris gloriæ eloquentiæ peritiam adiecit, Quod  
egregiæ quoque secundū a Timotheo Cæronis filio  
cernimus

cenimus. Qui cum in bellica laude parente inferior  
non fuisset: tamen paternæ laudi etiam gloriam do-  
ctrinæ ingenijque addidit: quam tua Celsitudo faci-  
le puto consequetur, philosophiæ se dedit: que  
veritatem docere & tueri potest. Nam cum Rex quo-  
niam populum regat appelletur, hoc illa præclare do-  
cet & principatum ad Commune bonum dirigit eo-  
rum qui subiecti imperio sunt. Quam obrem iure  
Ne:onis imperatoris matrem deridemus, que filium  
liberales artes imbibentem (quod Suetonius inquit)  
a philosophiæ studijs auocauit, monens philosophiã cõ-  
trariam esse imperanti: quo errore & illum perdidit, &  
ipsa meritas luit penas Misit athenas filium Cicero vt  
a principe illius temporis philosophorum Cratippo  
philosophiam disceret: & tu Rex eum domi per erudi-  
tissimam præceptorem curas instituendum: Videbis  
que sane quantum his artibus doctrinaque proficiat: hoc  
ipsum fecit enim vt Alexander ille, magni cognomẽ tu-  
lerit. Nam qua hora susceptus in lucẽ est, litteras ad Au-  
stotelem, pater Philippus in hanc sententiã dedit. Philip-  
pus Aristoteli Salutem dicit. Filium mihi genitum. Sei-  
to quod equidem dijs habeo gratiam, non proinde quia  
natus est, quã pro eo quod eũ nasci contigit temporibus  
vitæ tuæ: spero enĩ fore vt eductus eruditusque, arte dig-  
nus existat, & nobis, & rerum istarum susceptione. Ip-  
sius autem Philippi vrba hæc sunt. Nam vt inquit

Salomon

Salomon Rex sapiens stabili mentū populi, Ptolomæus  
vero philadelphus, cuius Bibliotheca quinquaginta li-  
brorum habuisse milia, dicitur haud tamen conten-  
tus ijs cum vetus quoque testamentum ore Dei & di-  
gito prolatum, scriptumque fuisse intellexisset nunquā  
destitit, quousque illud a septuaginta interpretibus  
græce versum recepit. Et octavianus Cæsar totius or-  
bis imp. Sub quo natus est Christus quanquam & fis-  
calibus diuitijs & ingenti patrimonio filios relicturus  
opulentos, erudiendos tamen, eos curauit. Si quidem  
Rex docere nos debet, vt de Salamone legimus: qui si-  
cut ipse vir sapientissimus fuit ita populum quoque præ-  
clare docuit & pater ipsius. David in psalmo, docebo  
inquit iniquos vias tuas: Itaque soleo equidem non-  
nullorum deridere stoliditatem, qui nobilis & genero-  
si officium esse hominis dicitant: Nescire omnino lite-  
ras: Contra quos ita delirantes exclamare simul cum  
Satyro licet: O medici, mediam pertundite venam.  
Nunquam litteræ hastæ retuderunt cuspidem, nun-  
quam gladij hebetarunt aciem, quin potius si quærere  
diligenter externa volumus quod ait. M Cicero, Mul-  
tas magnasque resp. armis labefactatas, eorum qui lit-  
teras nesciuerunt a litteratis hominibus restitutas in-  
ueniemus, Et Deus noster dominus secundum Grego-  
rium, Sicuti vos potentes amat, quoniam ipse potēs est,  
super omnes: Ita amat & nō despicit doctos ac sapiētes.

Quoniam

Quoniam ipse sapientissimus est. Et Vegetius de Re-  
militari. Nemo est inquit cui cōueniat res plures & ma-  
iores scire quàm principi, & in topicis Philosophus.  
Nemo ait Iuuenes militiae imperatores eligit, quo-  
niam nō dum eos constat esse prudentes. Quam pal-  
mam tibi princeps noster sicuti Tullius in libro de Se-  
nectute, Scipioni, optat vtinam Deus reseruet, vt pa-  
tris, & aui tui reliquias persequaris: quæ propria scripto-  
ris eius verba sunt. Sed vt vnde digressa est, eo nostra  
reuertatur oratio. Non cessauit Rex noster tam bel-  
lo quam pace maxima diligentia, industriaq;, nouas in-  
uestigare terras: noua sibi imperia querere & cū à con-  
dita Vrbe Romani. ccxliij. annis non vltra duodeui-  
ginti passuum milia. Hoc est ad portum vsq;, & hostia  
Tiberina fines propagauerint. Tamen Rex noster cum  
diuina prouidentia, tum egregia virtute sua, tantum  
nauigatione intemptata alijs alterius penè terrarū or-  
bis aperuit, & columnis terminisq; signauit: nostrisq;  
turribus & pinnaeculis in mari iam tranquillo beneq;  
portuoso muniuit, vt septies mille & octingenta circi-  
ter passuum milia penetrauerit. Rem profecto omni-  
bus in audita temporibus. Et enim vltra iam equi-  
noctialem circulum nostri nauatæ transierunt, eumq;  
vertici imminentē suo conspexerūt. Quo factū, vt mul-  
tę nigre prius, nunc candidę reddantur animę, quas  
baptismate tinctas Rex noster quotidie redemptori  
nostro

nostro Christo lucrifacit. Quemadmodum superioribus diebus vidimus, cum principem illum Zelofium tua celsitudo christianum fecit, & speramus fore, vt hoc sanctissimo pergente proposito paratuq;, breui in finita multitudo illius sequatur vestigia: Si quidem multi magnique illinc reges longissimis interuallis, neglecto maiore, periculisq; suis omnibus, mittere huc legatos festinant: qui Regem nostrum visitent, colant adorentq;, cupidi, vel videre ipsi, vel si non detur, at ab his certe qui viderint audire quanta tua sit religio, quantaq; virtus: Rex noster censor maximé atque vnicé. Quemadmodum Regina illa Sabba, ab ea vsque, quam tu Rex perquisis Arabia venit Hierosolymam, vt sapiétiam videret Salomonis. Sicuti alij feruntur, multas lustrasse prouincias, novos adisse populos, maria transisse. Sic Pythagoras Memphiticis vates: Plato Aegyptum: & Architam Tarentinum & oram illam Italiae, quae quondam magna Graetia dicebatur, laboriosissime peragrauit. Et Cleombrotus ambraciotes, vt auctor Callimachus est, lecto Platonis de animae immortalitate libro, praecipitem de sublimi se iecit: vt in orbe alio, quod in hoc tum legeret, re ipsa post experimentoq; cognosceret. Caeterum talem tute Rex noster, tam liberalé taq; indulgentem praebes illis, vt eodem pené iure habeas quo tuos. Haec sunt profecto fausta & fortunata tépora, haec aerea de quibus poetae loquuntur saecula. Iam re-

deunt

deunt Saturnia regna. Iam magnorum progenies no-  
ua principum: qui tantastamq; excellentes, & mirifi-  
cas res indagauerunt, ad te Rex cœlo demittitur alto.  
Anhelamus cottidie, vt prælum, vt raptum, promôto-  
ria, vt illas Nili arenas adeamus: per quas ad Indici ma-  
ris originem peruenitur. Vt inde etiam ad sinum bar-  
baricum, etiam ad Arabicum omnibus affluentem  
fortunæ bonis, accedamus: vbi gloria hæc, & fama  
ingens postremo tua coronabitur. Mandentur quæso  
Rex, mandentur litteris, quod iam prudentissimè ince-  
pisti, tam admirandæ res, tantaq; celebritate ne minis  
memorabiles. Ne desint scriptores, qui tam egregia il-  
lustrét facinora, sicuti sua Athenienses, Græci, Perseq;  
consueuerunt: similiterq; Romani. Nam quamuis au-  
ctor dicat Sallustius, multo eos maiora fecisse, quàm  
litterarum monumentis consecrentur, tamen ipso-  
rû res gestæ, quamlibet ingentes, etiam industria scrip-  
torum altius elatæ sunt. Cur igitur silentio se præteri-  
ri sinent quorum vtiliores maioresque sunt res gestæ  
quàm vt eis paria esse vlla scriptorû ingenia possint.  
Omitto equidem propter asperitatē facinoris, & pro-  
pter insolens culpæ nomen & supplicium eorum, qui  
nūc quidem defuncti, peccauerūt. Omitto inquam di-  
cere, qua prudentia, quantoq; discrimine, quanta de-  
niq; tolerantia, quanta animi magnitudine, quanta  
postremo felicitate totum hoc negotium gessisti po-  
tentissime

rentissime Rex, vt de te deniq; cecinisse illa Vergilius  
videri possit. He tibi erunt artes, paci; imponere mo-  
rem. Parcere subiectis, & debellare superbos. Nā pro-  
fecto celebrari ob id maximè, & dici iure, liberator pa-  
triæ & iustaurator potes: sicuti Romanus Camillus.  
Qui Romam liberauit à Gallis. Vnde ait Liuius Ro-  
mulum fuisse alterum fundatorem vrbis appellatum:  
qui vestro cedant sacratissimo principatu. Non mi-  
nusquā. Q. Fabius qui Romanis Italiæ imperiū resti-  
tuit, & sæpissime conseruauit. Nō minus quàm pater  
Hánibalis Hamilcar, qui bis imperij Carthaginensi-  
bus amissum reddidit: aut quàm Pelopides, qui Tyrá-  
nos Thebanæ ciuitatis perdidit: aut quam Brutus, qui  
regem Tarquinum superbū Roma turpiter exegit: aut  
quam Dió, qui patriá Syracusas è manibus Dionysij  
tyrání eripuit: aut quàm Trasybulus, qui saluá patriam  
Athenas à triginta tyránis præstitit: aut quā Themisto-  
cles, qui Græciá videlicet à persarú manibus defendit.  
Qua in re præclare significasti gloriosissime Rex ani-  
mi magnitudinem, virtuté esse præcipuam quæq; prin-  
cipibus magnopere conueniat: tū alteram quoq; præsti-  
tisti, longe cæteris difficiliorem, & Phænice rariorem,  
quæ dicitur auis vnica, quinto quoq; sæculo nasci. Cu-  
iustu te tibi Rex præceptor fuisti, quam in tuæ mentis  
Academia didicisti. Vt scilicet animū, vt spiritus in tua  
potestate retineres. Quod Seneca in libro de clemétia,  
longe



lōge esse difficillimū credidit, & vix in Rege aliquo re-  
periri. Videte apud eundem Senecam, quā sint egregia  
illa in naturalibus quæstionibus verba. Vincere inquit  
animum longe maius est in rebus humanis, quā com-  
plere classibus mare & in littore rubri maris, signa, &  
terminos figere, aut occulta hæctenus in oceano mari  
conquirere. Sunt principes in numeri qui ciuitates, qui  
populos in gentes subditiōe, imperioq; habuerūt. Cæ-  
terum rarissimi, qui se ipsos continuerint. Cum igitur  
tantæ istę dotes, tam regię, tamq; absolutæ, simul iun-  
ctæ glutinatæq; in te vnum Rex noster cōcurrant: pro-  
cul dubio reges omnes & principes maximos lōgo in-  
teruallo infra te relinquis. Me vero etiā indicendo, tam  
implicitū, vt in tuis diuinis laudibus difficilior sit exitū,  
quā principium inuenire. Quare non dubito quin in il-  
lud ipsum incidā, in quod olim diuus Augustinus: qui  
cum Dei magnitudinē, facta gloriāq; , humano neu-  
tiq; intellectu perceptibilē quæreret, bonum illum pue-  
rulum prope se conspexit, qui minima quadam cōcha  
euacuare oceanū, & angusto infundere cauo totū cona-  
batur. Quo circa de sinam sulcare hoc equor tantū : ne  
tuarū laudū ex superatissimarū velut vndarū montibus  
obruar. Sed vtinā dū Caribdim studeo deuitare, ne inci-  
dā in Scyllā: dū scilicet de sanctimonia religioneq; tua  
erga Deum immortalē taceo, de tua in alēdos fouēdosq;  
pauperes largitate, sanctoq; mentis affectu deq; gra-

tuitus nobilissimis hospitij, quæ moliris & excitas: de-  
que pietate erga defunctorū animas, deque obediētia,  
defensione & honore, quæ summis pōtificibus, ac sacer-  
dotibus exhibes: de iustitia perfecta, virtutū omniū re-  
gina & dñā: de cultu & studio in homines litteratos &  
doctos. Tū de cura diligētiaq; tua, vt quàm plurimi fiat  
eruditi: q; vnū integerrimi regis argumentū est, quod  
& philosophus Aristoteles, & eo tractatu Bartolus ostē-  
dit quæ composuit de, tyrāno cuius & ōnino contrariū  
huic esse officiū consuevit: hæc vtiq; omnia nascuntur  
renascūturque Serenissimē, ac diue Cæsar: gloriosissi-  
mistēporibus tuis, sicut in illis virtutis, & sanctimonix  
cultoribus, quorum exempla æmularis, quibus accedis  
socius. Vel gentilibus: Octauiano, Vespasiano, Tito,  
Nerua, Traiano, Pio, vel item Christianis. Constantino  
magno, Iustinião, Theodosio, Arcadio, Honorio, Ca-  
rolo iterum magno & Henrico illo sanctissimo qui di-  
uino quoddam munere, a suo principatu vitia penitus  
absciderunt. Quibus omnibus si pietatem, quærimus,  
si mansuetudinem, si charitatē, si pacem, si iustitiæ cul-  
tum, si religionis propugnationē, Ioānes profecto Rex  
noster, nulla remior, nulla inferior inuenietur. O qui  
campus, quam spatiosus, quā floridus hic addicendum,  
nisi me tempus deficeret. Et enim vna quæque perse res  
singulatim proprio volumine celebranda insigni præ-  
conio foret, tanta summi Dei concors tui nominis inter-  
pretationi

pretationi relucet in te gratia magne Rex. Quam obre vno dum taxat verbo, quod illa in libro Regum mulier vsurpat, finem huic parti orationis imponam: qualis est angelus domini, talis dominus rex est. Supplicans omnipotentem Deum, vt tanta nobis, & tam magna bona propria stabiliaque conferuet. Et quoniam ad dicendum de Comite hoc nobilissimo omnis mea festinat oratio post delectam laudum tue magestatis messem, faciam opinor spicilegium & manipulos colligam de frugiferis culmis. Quos ad ornatum ipse tuum de industria reliqui, sicut in antiqua lege, pater ille sociarum puella Ruth. Hic igitur magnificus procul dubio Comes, ita sanguine propinquus Regiæ vestre domui est, vt sit pro nepos Ferdmandi Lusitani Regis. Tum tibi patruelis regis patris tui, nec inferior gradu reginæ matris nomine qui nunc in celis habitant. Auunculus idè præterea: si Reginam Leonoram, auiam vestram respiciamus quam sempiterna optamus fruatur gloria. Denique generosissimus hic idem Comes, patruelis & idem patruus est: inclyti Romanorum Regis, auunculus Neapolitani. Sed & auunculus regum eorum est. Qui nunc Castellæ imperitant: Quod si altius repetere volumus inclyte profapia istius primordia, vnde tu quoque rex originem ducis. De Gottorum gloriosa & in ista gente, strenua semper ac nobilissima deducitur: cuius præclare victoria, totum sunt orbem peruagata.

Nam & Aegypti regē Berosum fugauerunt: victoria potiti & non viri modo, sed foeminae quoq; Gottorū à viris digressae: armis & legibus Asiae magnā patrē subiecerūt. Neq; hoc nouum cuiquam, aut admirabile videri debet. Siquidē Gottorū quoq; sanguis nobiles ille fuere Amazones. Telephus quoq; gottorū rex Danaos vicit Therlandrū trucidauit, Vlisse fugauit. Cyrū porro celeberrimum regem Tomiris, regina neci dedidit. Darius & Xerxes Darij filius, superati praelio ab Ancyro rege sunt. Quorū exemplo suos Alexander docuit, vt praelia vitaret: hos & Pyrrhus magnopere formidauit hos & Cæsar expauit. Nam in illo Pōpei Cæsarisq; Thessalico cōflictu multo supra ceteros animis suis Gotti praeliabantur. Italiam saepius afflixerūt, Græciam, Galliam, Germaniāq; inuaserunt. Quin urbē illam ceperūt Romā, & maximis pulcherrimisq; illius aedificijs amplificandę memorię gratia minime dirutis, perpetua veluti stigmata & vulnera inflixerūt: vt quāsi perforato, faucioq; vultu, illorū fortitudinē misera testaretur. Postea verō quam Romam totūq; orbē terrarū domuerūt armis comprobata, Hispaniæ, vel humanitate, vel dulcedine sua illa fortia facinora, in ea velut, in portu conquiescere voluerunt arbitrati fore, vt hispania potiti facile sibi Europæ totius imperium: vindicarent. Ab Atanarico primo ex Gottis Castellæ rege, ad Rodorici vsque amissum imperium, septem & triginta

numeratur

ginta fluxerūt. Qui simul oēs in vnum collecti calculū, tres cōficiūt & octoginta reges, hi vero alijs tredecī additi Lusitanorum regibus, intus quoste quoq; felicissime nunc regnantē numeramus. Recto scilicet stēmate sex nonaginta resultāt. Dignitas est pfecto & excellētia maiorum, sicut in Rhetoricis Aristoteles inquit, vnde cuiusque principis nobilitas cernitur : Igitur quem tot tanti reges sex & nonaginta pro seminauerant. Comitem hunc nobilem Gottum seu getam malumus, sicut Isidorus appellare: Quod fortem latine significat, nam vt poeta inquit: contennunt mortē laudato vulnere getæ. Quem tales inquam produxerint, qui tale haberet hæreditarium nomen quid faceret, vt maiorū suorū vestigijs insisteret. Quid inquā faceret nisi fortia, quæ forti viro, forti nomini conuenirēt: ad quæ videlicet illū magnitudo quoq; & multitudo penē innumera rerū à suis maioribus gestarū, qui nunc quoq; gloriaviuūt, quotidie inflāmabant? Nepos idē magni illius Petri menesij est, qui villæ Regalis comes, & Viannæ fuit: qui Classis arbiter regiæ, præsesque totius Lusitanæ, Dux idem primus Septæ vrbis, maxima insignis virtute, quo tempore vel rey nouitate, vel vrbis magnitudine, vel maurorum hostium copia, vel quod alieno loco, tam procul ab ōni subsidij spe. Durum ceteris acerbumq; fuit, tanquā in scopuloso mari, propugnationē illius modi suscipere. Siquidem & mari Vlysses, & ter-

ra Hector atq; Hanibal ob audaciã ferociãq; mauroꝝ  
qui penerãt innumeri, titubassẽt vtiq; , & defensionis  
munus expauissent. Deniq; filius idẽ Ferdinãdi est Ville  
regalis Comitis ac secũdi Septani Ducis fortissimi viri,  
& cum magnitudine aĩtũ industria quoq; militari cele-  
berrimi, cuius plenã sũt laudibus domesticã historia .  
Quibus hereditario successiõis recte iure, tũ gentilicio  
noĩe familieq; ãsignibus & geniturã ordine magnificus  
hic noster Comes succedẽs cepit arma primũ & versatus  
in p̃lio est victoricũ partũ ãnos scilicet natus tredecĩ, & te-  
neris adhuc quod grãci dicũt vnguiculis. Miratur Ner-  
uã filiũ iuris consultus, qui paulo ætate maior publice de  
iure Respõdit. Cũ hic aliq̃to iunior de vita, de honore, de  
statu de sua maiorũq; suorũ dignitate Responderit. Sic  
Homerus Tydea scribit, tenere adhuc ætatis & corpo-  
ris exigui p̃lio supasse Thebanos, & .P. Scipio Africanus  
ãnos natus. xvij. parentẽ sauciũ singulari virtute recepit  
exacie: sic puer p̃pe modũ Magnus Alexander Dariũ su-  
perauit: sic Aurelius Alexander, nõ modo puer ad mo-  
dũ ad Romani gubernacula ãperiĩ, quod fatale videbat̃  
ascitus est. Sed itẽ puer Darseniũ regẽ p̃sarũ nobilissimũ,  
gloriosissime detuit. Sic Hanibal vndecimo suã ætatis  
ãno admotus a patre altaribus: odiũ cõtra Romanos pen-  
ne iurauit. Et ex illo cũ parẽte eodẽ bello persequi eã gẽ-  
tẽ auspiciatus est. Vicit itẽ David plane puer Philistẽ p̃-  
uocantẽ & singulãri certamine Israel suũ a fãditate & de-  
deco

decore vendicauit. Sed voluit Deus omnipotens noster dominus, Comitem magis magisque extollere, cum Iuuenis ad huc esset, & cana iam maturaque prudentia, ad maiora illius cresceret animus. Nam ut Valerius inquit, felicitate victoriae roboratur atque alitur generosa indoles, ut rebus clarioribus intendat, Vigesimo igitur aetatis anno Gilaicum maurorum Ducem, nobilissimum potentissimumque, capite superauit acie. Cum quidem ille a portu dalphicio ultra etiam septem dierum iter, qui semper Christianis erat in festis sacrum gerentibus bellum. Quique magnis viribus tum nobiliorum, tum popularium quoque recipere urbem Septem decreuerat: instructusque, se cum trahebat acies, tredecim vexillis insignes, in quibus etiam candidum illud regium militari praefixum laeue conspiciebat. Quod manu conspicuus gestabat signifer, armatus ipse & maximo iunctus equo, duro crudoque scorteo sepimento. Quo more Christiani solent cum tympanis, ac Barbaris alijs strepitibus ad terrorem excogitatis. Hic vero Comes audacia praeditus generosae maiorum suorum indolis, minime se continere intra moenia potuit, sed praelio instructus, egressusque in campum cum metum suorum quippe pauciorum per senseretur: audito clamore & Barbaro Maurorum ululatu, ne vos inquit clamor hic hostium perturbet. Etenim pauor animi tales ex ore voces, ac fremitus profudit Imitatus Alexandrum qui sicuti est apud Curtium. Cum suos

aduersus Darium præliaturos metu & formidine terri-  
tos animaduertit. Cur inquit barbarorum clamores per  
horrescitis, qui timoris potius quam fiduciae specimé in  
dicât: sicuti meticulosi canes. Quam magis viribus ca-  
rét, tam magis improbe oblatrât. Tū illud adiecit, quod  
in Catilline conuratione Sallustius concludit. Semper  
in prælio maximū illis esse periculū, qui maxime formi-  
dēt: Ita occurrere his Comes, & multorum excipere im-  
petum paucis comitatus, incepit a mente eo qui ficulne-  
vocatur, ad villas usq; tum congressu primo præcurso-  
res fudit, statimq; alios in insidijs dispositos: tū dein pri-  
mam Cidema foniae aciem quem sanctū ipsi maurum  
appellabant, & Tutuaniæ præsidis Alharati qui nunc v-  
nus é principibus Fetiaë putatur vrbis: occisis vulneratis  
que mauris quā plurimis: Deniq; etiā Gilairi ipsius ro-  
bustissimū agmē fudit, vbi vulnus etiā Comes accepit,  
dum subsidio accurrerit, quo vsus postulabat, occupato  
impreda & spolijs suo vbiq; milite. Postremo cū se mau-  
ri paulum collegissent, tribus dum traxat reliquis milita-  
ribus signis, etiā illos cum suis quanquā paucis Comes p-  
figauit terga fugiētū ad Castelliciū vsq; sequutus. Quo  
prælio & Gillairus ipse & præfecti ducesq; capti, & Mau-  
rus ille sanctus occisus est: & magnus æquitū cæsus, cap-  
tusq; numerus, magna præda multis exuuijs captaq; si-  
gna illa tredecim, capta etiā tentoria, tãto omniū mau-  
rorum terrore ex hac insigni victoria, cui nulla illius tē-

pestatis



pestaris comparada sit, vt octavo iam inde anno, nullus  
è, Maurisequitibus Septalaccesserit. Sed inter populatio  
nes per multas quibus hoste Comes ea tempestate pru  
denter & fortiter affecit, non est illa silentio pretereunda  
in maurorum fines incurfio cum Benemade oppidi capiendi  
gratia, Nauiculas hippagos geminas a fractos, Septem  
& viginti equitibus oneravit. Quas suæ birremes remul  
co agebant. Cæterum longis alijs nauibus pedites cum plu  
reis armis instructos, imposuit vna cum viris etiã clarissi  
mis, etiã vexillo domesticis insignibus picturato, qui sci  
licet omnes expositi ad urbem ipsam fuere Benamadam,  
quo etiã terrestri itinere Comes ipse suis comitatus equi  
tibus accessit. Atque ita munus obiit suum, vt & Bena  
madam, & vnde viginti preterea vicos vi ceperit, multosq;  
afflictis, multis ite cæsis, alijs preterea captis, magnam vim  
pecoris maioris multam spoliarum copiam auerterit, atq; ita  
se ad suos prosperrime rettulerit: Et vt breuiter attingam  
quam fortiter, & animose rem gesserit, desiliit ex equo im  
pedes vt tutam testudine domum expugnaret, vnde se Mau  
ri prestantes virtute viri, ferocissime defensas abant, in eam  
q; flammis ferroq; domitam victor inrupit. Ibi vero pre  
tereos, qui prelio ceciderant etiam sexdecim semi vstula  
ti & faucij capiuntur: mira profectores. Siquidem vnus  
ex eo numero, cum coniuge secum conspirante in incen  
dia illa precipitem seiecit, vt eo pacto vitam cum mor  
te comutaret, mori scilicet preoptans, quam sorte captiui

tatis

tatis subire exēplū sequutus atiquū Sagūtinorū tū seducis  
Hánibalis & Poenorū pares esse viribus diffidebāt. Que  
vero ingentē gloriā de tutuāo Comes hic magnificus re  
tulit. Cū & oppidū ipsum & arcē vi ceperit, cognito iam  
atēa Tingitaniæ vrbis p̄f: & tū, intra illa menia cōcessisse.  
Quē pleriq; omnes formidabant. Erat enim locus natu  
ra munitissimus, cuius altera pars etiā aquis abluēbat. In  
tus magna, vis hoīm magna ballistarū tormētorūq; oīm  
copia, multa etiā decumana scuta ad nostrū morē. Per  
ro oppidū ipsū quatuor circiter & viginti miliū spatio ab  
vrbe Septa aberat. Vbi moratus aliquādiu Comes metu  
& sollicitudine nulla, magnaq; laudetā in signis victo  
riæ, multo cōtra dedecore cōtēptūq; secte illius impię A  
ffrorū, seu Pœnos potius libeat appellare. Nec prius aīo  
satisfactū suo existimauit, q̄ vbi equū ipsū quo vehēbat,  
tēplo maximo intulit: atq; ibi pabulo curauit: vt par pa  
ri victori Turco referretur. Qui Bizantiū a se captā in  
gressus, tēplū illud diuę, Sophię, Iustiniani p̄ncipis opus  
toto orbe celeberrimū ceteraq; itē sc̄torū d̄lubra, vel his  
veletā maiorib; ignominijs affecit. Quī occupatis in di  
ripiēdo oppido suis, & oō id recipe se ī tutū negligētibus,  
ignē subrci imperauit: atq; ira Septā laude in gēti qua si  
que triūphās reuersus est. Memineritis etiā Benizatis que  
sita est in penitissimis illis maximeq; cōfragolis mōtib;.  
Quos nemo nō magno p̄e formidabat, vbi quā paucissi  
mi manus istius euasserūt. Sed aut cæsi omnes, aut p̄ mā  
cipijs

cipijs capti, tum ingens ab acta præda, Sic vt etiam qui ci-  
tra portum Ridarium colunt, pacem supplices a Comi-  
te poposcerint: qui se tam feroces primitus, tam que hor-  
ribiles ostentabant. Illud ytiq; longe in signe fuit quod  
cum ducentis & quinquaginta equitibus, & peditibus  
mille per Athlantis radices, qui vulgo locus Simiaria di-  
citur, magnopere aueteribus celebratus, iter fecit. Nec  
enim Consulibus modo, sed & Senatoribus, & equiti-  
bus ite Romanis, præterea que. C. Cæsaris ductoribus  
post occisum in Mauritania Ptolemeum, terga mox  
barbarorum persequentibus, gloriosum fuit in primis  
Atlantem superasse. Ibi pacem plerisque petentibus, vt  
qui manum cum ipso conferere non audebant & victor  
Comes hic, & spolijs honustus, ad urbem se recepit.  
Quinto post die, quam per hostiles agros, ne nocte  
quidem intermissum habebat iter triginta passuum mi-  
libus ab vrbe Septa quod ante eum nemo fecisse memo-  
ratur, præter regios iuniores filios, qui maximas secum  
copias atque in gentes vires traxissent, Vulgata de in-  
longe lateque tam gloriosi facinoris insigni fama: cum  
iam in eo Comes hic tuus esset. O Rex vt in hæc regna  
venire inclyti parætis tui accitu mox veller. Qui pmijs  
& muneribus pensare victorias ipsius & bellicos su-  
dore moliebatur: Repente cum septem longis nauibus  
ad adiucere hominẽ, Catelaũ quidam magno studio  
incensis

incensi, vt in rebus illis facinoribusq; p̄claris, ipsi quoq;  
socij sub eo strenue versarētur: hiq; se totos ei nō obtulerūt  
modo, sed etiā dederūt. Cūq; alia quoq; p̄ se maio  
ra de regno nauigia cōparasset, quinq; demū vigintiq;  
vellis mare ingressus est, equos, virosq; conuehēs: & qua  
dringētis circiter stadijs cōfectis ab vrbe Septa Gadeleū  
p̄lio p̄culit, vbi nō minus in oppugnādis mœnibus: quā  
in agminū cōflictu gloriosus hic extitit, magnis equitū  
peditūq; maurorū p̄fligatis copijs, accepto ip̄e vulnere,  
& quo vehabatur extincto equo, tandēq; victor in gēti ca  
ptiuorū praeda, multisq; diues exuuijs ad suā se clāse tu  
to recepit. Quā obrē oēs vel Indigenę, vel itē Targenses  
mauri, quicūq; in eū locū cōuenerāt legatos ad eū de pa  
ce miserūt, etenī in figne hoc facinus, & illa tēpestate p̄  
sus in auditū, tā penitus in eorū fines p̄cessisse Christia  
nos, & sic vt equitatū mari cōportarint: & tā in clytā vi  
ctoriæ laudē rettulerint. Ibi se Comes hic magnificētissi  
mus ita liberalē p̄buit aduersus omnes, vt non quāta  
modo p̄de illius portiōe se fraudauerit, sed & largitio  
nibus in super haud minimis & honore sit egregio cū  
ctos p̄sequutus. Quo autē tēpore Rex Alfonso nūquā  
obliuiscendi vir nominis, qui nūc cēlo p̄fruitur mare cū  
suis equitibus trāsmisit: semp̄ Comes hic vbi regis frater  
de erat patruus idē tuus, ipse potissimū Dux regius cōsti  
tuebatur. Iā vero ad oppidū Benigufū copias maurorū p̄  
multas fudit, tā p̄cul a Regis oculis q̄ in ipsius cōspectu,  
quo

quo factū vt maximā rex ipse voluptate fuerit affectus.  
Cum videret eo die virū tanta corporis dignitate prestā  
tē, in tanto versari periculo: in quo ipse quoq; rex Acie  
circūdaxit, pugnā cōseruit, occidit itē sua quoq; ipsius  
hasta, & vulneravit mauros aliquot, animavit colle-  
gitq; milites inclita illa magnitudine animi quæ semp  
in ipso resplenduit. Talē profecto se gessit ea die Co-  
mes, vltimā semper acie tuens, quod optimi Ducis &  
constātis imperatoris officiū sit, vt dictū Regis extiterit  
nunquā fore, vt illud huius tam insigne meritū ipsius  
memoria elaboretur. tum ad eū ornandū semper, & au-  
gendū, nihil sibi, quicquā reliqui facturū. Taceo quod  
& Gibeliteram capere destinaverat. Taceo cur minus  
id effecerit, eū & facile factu foret, si magnitudinē ipsius  
animi, si militarē vafritiā cogitemus. Taceo cum ruinis  
illis fluuiq; Benamadē transmissō cōlocata in insidijs  
nauicula, nouo pugnandi genere, & multis hostiū for-  
tunis potitus est, & captiuorū penē infinitū numerum  
adduxit. Taceo captū, agiam Castellū præfectūq; simul,  
tum dirūtā Quiten, accerrima videlicet pugna vbi ia-  
culo etiā ipsius petitus equus, ac nihilo tamen setius &  
vicit, & feliciter remeavit. Omitto velitares in nume-  
ras pugnas, in numeras incursiones, quas vel ipse, vel  
ipsius alūni, quo sancta fides catholica progaretur, &  
mahumetica heresis interiret, honeste pariter & utili-  
ter ediderūt: quis hoc loco enumeret, quā multas hic  
mari

mari prædas, suis & nauigijs, & ductoribus egerit: vt cū  
sunt ab illo Vronis onerariæ captæ quæ scilicet ad al-  
mariâ profectæ, cum magna maurorū copia, multisq;  
opibus, & mercimonijs fuerāt. Vt itē cum grandē illā  
Malichæ triremem, quæ legatos illos, & nobilissimos  
vehebat, & opulētissimos: vt itē cum Tingitanā illā al-  
terā superiori comparē cepit inq; ea maurorū non exi-  
guā manū: vt itē cū magnā quoq; auri vim adeptus, na-  
uigijs diuersi generis captis mauri illius magni, qui sau-  
ctus vocaretur, vbi scilicet ipse cū suæ gētis grege capti-  
ui fortunā pati coactus est: vt cū florētine triremes hic  
idē quæ barbariæ nūcupabantur, quo restituerētur effe-  
cit: nauibus eo missis, & Catalaunorū triremibus, quæ  
septa istius iussu soluerūt, vt res suas amici reciperēt. Sed  
nec illud est profecto silentio prætereundū, quod & fæ-  
dus ipsius opera ictū, & pax facta honestissima cū mau-  
ris Misiquitiensibus est. Nā cum ad litus circa Negroni  
descēdissent, vt nauigiū recuperarēt, quod in litus exie-  
rat, capti nobilissimi quidā Misiquitienses fuere, quos  
huic oēs præfidiarij gratis indulserunt: vt suis restituerēt-  
tur, quod & magnificētissimē factū. Posteaquā solemniter  
more magna, vel sua, vel regni totius gloria facta pax  
est aderāt summi præfides, & sacerdotes, & itē primi-  
tuiq; illius regionis, cū quibus ictū fœdus pacificatūq;  
fuit, idq; ligua pariter Arabiæ Lusitaniæq; cōtractū, cū  
vtriq; procuratoria intercederet, q̄ntū satisforet auctoritas.

Confectaq;

Cōfectaq; res est corā Ioāne p̄sule ceterisq; pro mul-  
tis excellēti nobilitate viris: quo tēpore fama tā egregij  
facinoris, & victorię accepta. Etiā duo Granatę princi-  
pes & Tunitio, ne publica quidē postulata fide ad Comi-  
tē accesserūt: quin à Rege quoq;, Henrico missi ad eū  
dēlegati. Sed enim mauri illi, & suo & p̄curatorio no-  
mine ceterorū dicto audiētes se fore Comiti ceu tū vi-  
cario regię istius coronę regniq; tui pepigerūt. Atq; à  
Fetix rege sic defecerūt, vt Septanis ad scripti, ceu nati  
sint in Lusitania censeātur. Est p̄fecto tā, amplus felici-  
tatis istius cāpus, vt si mēses mihi: nō aut̄ hoc exiguū de-  
niq; fuisset ad dicendū tēpus tributū, si lingue centū sint  
oraq; centū, ferrea vox: minimē tamen explicare, ne di-  
xerim oēs, sed ne dimidiā quidē illius victoriarū partē  
videar posse, quas ille de Mauritania citeriore. Nā duę  
feriuntur, quas etiā de Tingitania reportauerit. O quam  
penē in numerā maurorū capita captiuitati m̄cipauit.  
Quā multos vidomuit, & vectigales tuę Rex coronę fe-  
cit: quot oppida, quot regiones in Africa cōcremauit, ce-  
pit, diruit. Verā nimirū laudē verūq; preconijū meritis  
nō vt is de quo poēte, & item in epistola diuus Hierony-  
mus meminerūt: qui Dianę Ephesię tēplo cōcremato,  
ipse sui facinoris ephesijs principibus index extitit. Vt  
qm̄ virtute nō poterat, scelere tamē sui memoriā propa-  
garet ad posteros. Iā in ōni bellorū genere, mari, terraq;  
que semper se comes exercuit ita strenue, vt celsitudini  
semper

semper tuę obsequiũ præstiterit, Regnoq; ite: & semet  
in genti honore maiores suos, ac gentiles affecerit, fa-  
lici illo duo de viginti annorũ curriculo. Quo militiæ  
imperator in Africa fuit multis vsque quaq; beneficijs,  
vel Castellæ, vel ite Lusitaniæ incolas, vel etiã mauros  
pro meritis: vt auxiliaribus eis, vt obsequentibus, vt  
etiã penè exploratoribus, sicuti tã magna negotia po-  
stulabãt vteretur. Quid ego de hoc vnquã satis dicere  
illustri Comite, possẽ totius bellicę virtutis peritissimo.  
Nec utiq; minus iure sibi ipse cognomen Africã vin-  
dicare potest, quã Scipio ille Romanus: nã si vicit il-  
le prælijs, ac subiecit Afros, & vestigales Romanis red-  
didit. Non minus híc quoq; belli dux inges, primus tuo  
regno nationes illas, subiugũ missas adiudicauit. Testis  
est horũ locus is, qui nouarũ turriũ vocabulo censetur,  
vbi tum serenissimus gloriöse memoriæ princeps ge-  
nitor tuus agebat: cũ magnus hic Comes tributa illi,  
exuuias, Trophea, & opima populorũ omnium spolia tra-  
didit. Quoscũq; illius auspicio subiugauerat, vbi etiam  
honorificetissimè exceptus est, atq; habitus. Testes etiã  
census, & monumeta publica illinc relata, spectataq; p-  
rostris, & in magna illa (vt ita dixerim) annalium turri  
constituta, in qua decora, istius modi seruãtur, vt & ex-  
plo sint ceteris capeffendæ laudis, & memoria victores  
sempiterna posteritati cõmendetur. Testis est etiã potẽ-  
tissimè Rex, vrbs Olyssippo tua regia, & augustũ domi-  
cilium.



cilium, quæ à veteribus fælix & fortunata Iulia appellata est: Quæ audito huius à tam insignibus victorijs in lufitaniam reditu, legatos ad eum misit: Qui suppliciter peterent, vt urbem ipsorum sua præsentia honestaret, vtq; ipsis liceret debitis illum officijs, atq; honoribus excipere, sic ouans urbem ingressus exceptus, cultusq; magnifice est. Sed & litteras ad inclytum parentem tuum Ciuitas eadem dedit, quibus supplex ab eo peteret, vt muneribus hunc & honoribus extolleret. Quam insigniter ei, tantoq; labore, tanto effuso sanguine, tam magno fortunarum suarum dispendio, tanto sui suorumq; periculo, sic ei operam excellentem nauauerat. Habuit illa ætas in auditum omnibus seculis celebratumq; miraculum (vtar enim Hieronymi verbis in præfatione sacri veteris instrumenti) vt nobilissima illa Regia ciuitas & fidelissima Quæ semper id omni studio curauerat vt rex modum sumptibus nimis imponeret, vtq; regium fiscum seruaret, opulentum, tum deniq; virtute Comitum huius egregieq; rebus gestis, pene ipsa sibi vim fecerit, & inuiolatam ntea illud institutum decretumq; suum relaxauerit. Iam vero de recenti eiusdem virtute: quam superiori bello aduersus Castellanos præstitit. Nemo arbitratur silentium meum accusabit: Quoniam & ceteris quicumq; ad sunt, & tuæ potissimum celsitudini notissimum Rex est, quo ille animo aduersus Zamoræ urbis conspirationem dimicauerit, quam strenue quamq; acriter etiam ipsi signè mœnibus portisq; admouerit in pavidus etiam

robustissimi militis munere p̄fectus: etiā operam gregarij cuiuslibet nō aspernatus: ac nisi piūbea glās ferreo excussa tormento pectus illud fortissimū perculisset, nihil dubitandū est, quin res aduotū fuerit successura. Nec aut̄ mirū quin is vicerit in fideles externos hostes qui scilicet in testinos tā fortitus superauit. Sed & quo pacto se Tauren̄si p̄lio gesserit, nihil est quod breuitatē quisp̄iā nostrā dicendi queratur, cuius tu Rex celsissime locupletissimus testis est tū quo tēpore ad te venerit, quantū in obeundo munere cū sibi, tū gentilibus familiæq; suę gloriæ attulerit. Quis melius q̄ tute Rex noster & cēsor gloriosissime prouidentissimeq; cognouit, nō excidit item quāto periculo, quantaq; magnitudine aī. Comes à tua celsitudine instructus cū ceteri iā fessi forēt, & fracti bello fatiq; repulsi, sicuti Poeta inquit ad liberandū obsidione clausum, Vilbestri oppido Ioannē texiram Macedonē, nō quidē per calles, nō per semitas aut cōpendia, sed Regia quod dicitur via: maximeq; populosis locis erecti vexillo properauit, ne scilicet hostes lateret, quāuis paucioribus quā fuerat constitutū militibus comitatus, nec ita bello gerendo paratis, vt tanti moles negotij postulabat. Placuit optimo Deo & maximo vt (qua fortuna & dexteritate hic est) animos inimici desponderint, neq; solū cōmeatu multorū dierū iuuit oppidanos: sed & obsidionē soluit, & hostes auertit, atq; vt ducē ipsum consolaretur squalidū p̄missaq; barba, multis videlicet

delicet amissis dum capit, dum propugnat oppidum  
confanguineis, qui sempiterna tamen gloria nunc su-  
perstites viuunt, atque hoc quidem vel ob id animum  
Comes induxit, quod eum maximo studio prosequen-  
batur, & ut hostium magis magisque animos vreret:  
uxorem quoque de Lusitania adductam in illius ad-  
huc puluere tormentorum foedatos & sudoribus ar-  
morumque tractatione squentes amplexus tradidit.  
In quibus tamen Ioannes texeira longe formosior,  
& elegantior, quam sub ipsius Villæ regalis umbra-  
culis videbatur, his vero artibus Cæsar quoque Iulius mi-  
lites sibi amicos & obsequentes reddidit: ut ne liberta-  
tis quidem permissu conditionem acciperent: aut vlllo  
modo paciscerentur, ut contra Cæsarem militarent.  
Hæc ipsa Antonium Pium, & Adrianum Imperato-  
rem humanitatis meritis amore incredibili suis exerci-  
tibus commendarunt. Quid autem de fide dixerim?  
quæ tanta profecto in isto citra vllam discordiæ scin-  
tillam in difficultate illa quasi que fecit superiorum tem-  
porum viguit, quanta in quo vis vnquam Romanæ  
Constantiæ viro sic ut ei merito congruat illud in Fabri-  
tium Romanum Consulem Pyrrhi Regis memorabi-  
le dictum, cum scilicet esse Fabritium, qui non facilius  
à iusto, quam solipse torqueri à suo sibi cursu valeat. Igi-  
tur gloriosissime Rex si duces militesque romani qui vel  
exercitum, vel Romanos ciues in prælio liberabat, atque

anecis periculo eripiebant, in signi donabantur querna  
corona, quæ multo quã ex auro credebatur honestior,  
vt quæ Iouitantum & bellatoribus istis si Homero cre  
dimus & Plinio, tribuebatur, quanq; ipsi ciuicam nũcu  
pabãt, si item corona altera etiam insignior obsidiona  
lis è lauro dabatur his, qui obsidione clausos laxauerãt,  
& circum sedentem exercitum depulerant, qualis pri  
mũ Cornelio cosso tributa fertur: tam & si antea quoq;  
liber pater Hederaceã capite gestauerat: quã multas hic  
vel harum vel itẽ ceterarũ coronas quotiensq; meretur,  
certe nõ minus aut strenuus, aut egregius bellator quã  
Sicinius ille Dentatus qui virtutis noĩe Romanus Achil  
les appellatus est. Sed enim iã tempus admonet vt de co  
rona hac alia dicamus, qua tua celsitudo Comitem hũc  
egregiũ statuit decorare. Dignitas igitur hæc quæ Mar  
chionatus vulgo dicitur haud dubie de tribus vna rega  
libus primis est, quam nemo præter imperatorẽ Ponti  
ficẽ aut Regẽ quidem superiorẽ minime agnoscat tri  
buere cui quã potest: Cæteras enim dignitates etiã prin  
ceps alius tribuere valeat. Regis aut tanta est excellentia  
vt ordinẽ dignitatis minime subeat, sicuti vere tum do  
ctores nostri tũ alij auctores quoq; prodiderunt. Immo  
vero columẽ est, & truncus veluti quispiã totius dignita  
tis, vnde ceteræ quoq; sicuti de mari aquæ deriuatæ flu  
xerunt: Verũ inferiores alias etiã minores principes, qui  
sint in potestate, Iure suo cõtulerint, quales sunt aut mi  
litares

litares ordinum principes, aut tribunatus & praefectura. Existere ite qui Marchionatus dicerent, reliquis etiam duabus rebus dignitatibus esse anteferendum, argumento ab ordine literarum veterum ducto in quibus horum prior facta mentio reperitur. Id etiam patet. c. fundamenta a .§. ut igitur de elec. l. vi. & in au. coll. in Ru. & nigro de feu. Marchiae ducatus & comitatus praeter auctoritates alias quas breuitatis studio praeterco. Tatum illud apostoli diuino afflati spiritu satis allegasse fuerit, quod ad Ephesios scribens primos omnium memorauit apostolos. Christus inueniens nos dedit alios esse apostolos, alios Euangelistas, alios pastores ac doctores. Hoc ipsum declarat & textus in. C. cum ex inuincto de hereticis profecto maioris est, & auctoritatis & honoris prioris quam in literis nominari, quod & Bal. asserit in aut. hoc amplius. c. de fidei commissis, idque notabilis textus supra argumenta cetera comprobat in l. i. ff. de albo ex scribendo: Cui non minus & Baldus stipulatur & Iacobus Aluarotus in feu. qui praecedere debet in vestituram cuius ratio scilicet quoniam ipsa antecedere tum sequi fidelitas debet. Praeterea quoniam vetus haec est imprimis dignitas, etiam maior ob id illius nobilitas arguitur, quod & Philosophus in Rhetoricis asseruerat. Et enim quemadmodum magnus ille Carolus pipini filius in ceremoniali volumine meminit, etiam ante christi aduentum instituta haec dignitas in Germania fuit: Dignitas haec regia si proprie loquamur nihil pro-

profecto est aliud, quam vna é tribus regijs præfecturis, quæ regni totius ducibus demandarentur. Hoc etiam textus ad literam explicat sic, vt nullus cauil-  
lo super sit locus in Feu. qui feudum dare possunt in prin-  
cipio. Qua propter ipsius Imperatoris Marchio vnus  
est é tribus generalibus Italiæ, germanicq; præfectis: si-  
cuti Iacobus ait Aluarotus super textum qui feudū da-  
re possunt in principio & in. c. i. de pace tenenda & eius  
violatoribus, coll. x. Est autem nomen ipsum græce ori-  
ginis quod nunc paulo corruptius Marchio nuncupa-  
tur Comarches, enim Græcæ regionis alicuius princi-  
pem designat. Et enim come regio græce vocatur. Ar-  
chos aut princeps. Etiamq; vulgo in re pecuniaria Mar-  
chus quasi talentū nuncupatur, quoniã tueri equilibrium  
in sua regione debet. Et vt in lege scriptum est, secunda  
videlicet partitione Marchio de Marchia seu verius Co-  
marchia deducitur, in qua ipse sicut in taruifiana præfe-  
cturam gerit. Vel inde nomen sibi præfectura ista vin-  
dicauit, quoniam plerumque locis maritimis & fundis  
limitaneis finiebatur, sicuti Anconitana ipsa qui quon-  
dam picenus ager appellatus est. Nec in Germania so-  
lum dignitas ista: sed & in Italia floruit: & in magna  
item Brittaina, quæ nunc Angliaterra vocitatur. Sunt  
autem illius hæc insignia, vt Coronas & enses præse ge-  
staret, vt in clausi cōtinuis Eucharistię sacris interesse, vt  
osculari Euangeliam possint, quibus hic honor conti-  
gerit.

gerit. Quo circa cum tanta sit ista, tam principalis, tam regia tamque etiam excellens dignitas, que scilicet, e Regio pectore e Regio scrinio procedit, & promitur. Ob eam rem, nunc in clyte Comes Petre Menesie cognitis perspectique iam pridem rebus a te gestis, cognita fide quam regie semper corone prestitisti ut tibi Rex noster (que sua clementia est) pro meritis gratiam referrat, ut que te nobilissimum virum quam maxime condecoret vsus ad hoc absoluta illa sua Regia potestate, Marchionem te Villae Regalis & Vrenie Comitem creat, tibi que priuilegia omnia potestatem, preterea que insignia indulget que cunque ad hanc die ceteris huius regni Marchionibus debebantur, atque haec insignia statim a sua celsitudine accipies, quod ad piscendi iuris fuerit argumentum. Etenim te nunc esse accinget, quo significatur iustitiam tibi esse nullo preter eam respectu, non tuendam solum, sed etiam exercendam, tum iuste regionem tibi istius nomine dignitatis tributam regendam imperio, defendendam, pugnandam que armis, ut cunq; vsus postulauerit. Iam digitum minimo proximum, qui medius appellatur induet annulo, quoniam matrimonij vice se tibi nunc iste principatus sicut Arrabone oppignorat, post id infulam qua splendor innuitur capiti scilicet imponet, in quo summa esse perfectio existimatur, eam que laetolis sub sutam pelliculis, ut puritas quaedam & candor

candor virtutum fideiq; simul insinuetur quam præter  
Duces & qui pari tecū dignitate pollent, gestare nemi-  
ni licitum, quoniā rationem habere quampiā, cum coro-  
na ipsa & Imperatoria insula videtur. Postremo vexillū  
tibi & militare signum tradet in manus, vt sub eo qui-  
bus imptas homines ducas in bella, & in hostes for-

titer exeas, & regiam ipsius celsitudi-

nem suaq; regna vehementer

caque semper in te re-

luxit: fide, ac stre-

nuitate de-

fendas:

Dixi.

(??:)

¶ Explicit elegantissima Ioannis Teyxeyra oratio, in-  
qua omnem verborum ornatū ac leporem, omnē suavi-  
tatem, omnia deniq; quæ in optimo oratore desiderā-  
tur, quilibet bonarum literarum studiosus lector pote-  
rit reperire.

¶ Per Ioannem Aluarum Typographum Regi-  
um Conimbricæ impressa idib. Decembr.

M. D. LXII.